

ACTA TRIBUNALIUM SANCTAE SEDIS
Romanae Rotae Tribunal
SENTENTIA DEFINITIVA
Nullitas matrimonii ob exclusionem boni coniugum

In Nomine Domini

IOANNIS PAULI II anno Summi Pontificatus vigesimo sexto, die 13 maii 2004, infrascripti RR. PP. DD. Aegidius TURNATURI, Ponens, Mauritius MONIER et Pius Vitus PINTO, Auditores de Turno, in causa nullitatis matrimonii, inter:

– actorem Valentinum Barberini, enatum die 1 januarii 1929, in pago v.d. “San Remo”, nunc comorantem in loco v.n. “Via Leopardi 1, Rapallo”, in iudicio repraesentatum per suum Patronum Franciscam Squarcia, Advocatum Rotalem; et

– conventam Gabrielam Monti, die 1 januarii 1943 ortam, in loco v.d. “Ventimiglia”, nunc degentem in “Via Acquasanta 10, Genova”, legitime citatam;

– intervenientibus ac disceptantibus in causa primum R.D. Gerardo McKay ac dein R.D. Ioanne Vaccarotto, H.A.T. Vinculi Defensoribus, et Adv. Alexandra Giannelli, ad munus Vinculi Defensoris in casu specialiter deputato;

– sequentem, in tertio iudicii gradu, pronuntiaverunt sententiam definitivam.

SPECIES FACTI

1. - Tempore aestivo anno 1987 Valentinus Barberini ad hoc tempus matrimonio coniunctus cum prole at extra coniugalem domum degens incidit in Gabrielam Monti mulierem adhuc nuptam Antonio Maltese «con il quale aveva avuto un figlio ed una figlia e dal quale, dopo un tentativo di richiesta di nullità matrimoniale [...] aveva divorziato», quae anno 1971 vel 1972 civile matrimonium attemptaverat cum Marce Bevilacqua a quo filium progenuerat quemque reliquerat «per poi addivenire al divorzio nel 1980».

Quandoquidem partes inter se venerunt anno 1987 per nuntium in ephemeride mulier iam tertiam relationem coluerat, quae finem habuerat ob viri mortem.

Hisce haud obstantibus non dubitavit vir quin relationem cum muliere instituerit, at incaute: «Mi attirava la sua vitalità, la sua bellezza, il suo modo di esprimersi e, certe volte, troppo intraprendente di relazionarsi con altre persone».

Libenter ideo partes anno 1990 stabilem conviventiam instaurarunt atque quandoquidem vidui factae sunt statuerunt nuptias celebrare, quae factae, post frequentes dissensiones, sunt die 1 januarii 1994 in ecclesia Apostolo Pauli dicata in pago v.d. "Rapallo", aetatem respective agentes vir 65 annorum, mulier autem 51 annorum.

2. - Vita coniugalis tamen inde ab exordio conturbata fuit nedum oeconomicas ob rationes verum ob agendi rationem mulieris itaque permansit usque ad coniugum separationem, quae supervenit mense januario 1996 atque firmata est a civili magistratu decisione diei 1 iulii 1996.

Hoc absoluto coniugali eventu, ad plenam libertatem consequendam, oblato libello tribunali ecclesiastico die 1 ianuarii 1997 institit vir pro declaratione nullitatis initi matrimonii ob simulationem totalem et subordinate ob exclusum bonum coniugum ex parte mulieris ad mentem canonis 1101 §2.

Libello admissio decreto diei 10 ianuarii 1997, in sessione diei 1 februarii 1997 diluenda dubia poni statuit Iudex iuxta accusata ab actore nullitatis capita, scilicet ob simulationem totalem et subordinate ob exclusum bonum coniugum ex parte conventae.

3. - Causae instructione per auditionem partium testiumque excussionem peracta, die 1 ianuarii 1999 lata est sententia definitiva primi gradus, actoris votis favens dumtaxat ob exclusum a muliere bonum coniugum, quam, post remissionem causae ad ordinarium examen (can. 1682 §2) et suppletivam instructionem, infirmavit tribunal appellationis decisione diei 1 ianuarii 2002, qua negative dimissum est quoque caput simulationis totalis.

Actore appellante causa delata est ad nostrum Auditorium.

Tandem receptis defensionibus tum pro actore tum pro vinculo, causa infrascriptis iudicanda venit, in tertio iudicii gradu iuxta dubii concordationem ex officio statutam decreto diei 1 ianuarii 2003, scilicet: «An constet de matrimonii nullitate, in casu, ob exclusum bonum coniugum ex parte conventae».

IN IURE

4. - Statuente canone 1055, qui de matrimonio in vigente Iuris Canonici Codice sermonem seu tracta-

tionem infert, matrimoniale foedus, quo vir et mulier inter se totius vitae consortium constituunt, exhibetur uti indole sua naturali ad bonum coniugum atque ad prolis generationem et educationem ordinatum (§1).

«Il matrimonio, presentato nei suoi elementi identificanti, è definito *consortium totius vitae*: una comunità coniugale di vita, piena, completa, totale, esclusiva, indissolubile, in cui è impegnata l'intera persona, e che abbraccia l'intera esistenza in tutti i suoi aspetti, anche i più intimi, sì da realizzare il biblico *una caro* nel suo pieno e integrale significato. È questo il carattere proprio dell'unione matrimoniale, che si distingue essenzialmente da qualsiasi altra unione che possa legare due persone in ragione di fini particolari: economici, organizzativi, culturali ecc.» (A. CHIAPPETTA, *Il matrimonio nella nuova legislazione canonica e concordataria*, 1990, 10).

Nullum ideo exstat dubium quin coniugalis consortio teleologicè ordinata sit nedum ad procreationem et educationem prolis, sed praeprimis ad bonum coniugum, quod inter iura et essentielles matrimonii obligationes collocatur, quamvis sermo saepe saepius fit in iurisprudencia de incapacitate assumendi eiusmodi onus minus autem de exclusionem ipsius.

«Ordinatio enim matrimonii ad bonum coniugum est revera elementum essenziale foederis matrimonialis» (*Communicationes* 15 [1983] 221).

«Ex eo autem quod in relata coniugalis foederis definitione primum locum teneat bonum coniugum haud deducendum est illud praecipuo iure gaudere quam generationem et educationem prolis. Dictio canonis, dum vitat praecedentis Codicis locutiones et distinctiones, potius significare et indigitare vult duo bona esse matrimonio co-essentialia, propria et inse-

parabilia utpote officium naturae et opus nedum attingentia, sed inchoantia et perficientia, ordinemque quo haec perficiuntur ac consequuntur per mutuam interpersonalem coniugum donationem et acceptationem exprimere ac illustrare. Coniuges enim prius sunt maritus et uxor, deinde pater et mater» (Coram Funghini, decisio diei 14 octobris 1992, *R.R.Dec.*, vol. LXXXIV, pag. 453, n. 6).

5. - Relicta distinctione fines primarios inter et secundarios, scilicet inter procreationem et educationem prolis necnon mutuum adiutorium et sedationem concupiscentiae (cf. can. 1013 §1 CIC 1917), heic agitur de finibus obiectivis matrimonii ac bonum coniugum «è posto sullo stesso piano della “procreazione ed educazione” della prole, dando così al perfezionamento interpersonale degli sposi il loro giusto rilievo, in rispondenza alla mentalità moderna e anche allo stesso progresso delle scienze biologiche, psicologiche, antropologiche, ecc.» (A. CHIAPPETTA, op. cit., 13-14).

«Novus Codex, – perlegitur in una coram Bruno diei 19 iulii 1991 – e contra, distinctionem supprimit, et bonum coniugum primo proponens illudque aequans cum procreatione et educatione prolis, videtur in iisdem omnes fines primarios et secundarios unificare.

Bonum coniugum, uti finis et elementum essenziale nuptialis foederis, est veluti omnium bonorum summa, quae promanant ex relationibus interpersonaliibus eorumdem coniugum. Ipsi enim, si nulla personalitatis psychica anomalia laborent, per adaequatas relationes interpersonales, insimul seipsos ditant, uti singulas personas, et totam vitam coniugalem» (*R.R.Dec.*, vol. LXXXIII, pag. 465, n. 4).

Ita, commemoratum finem quod attinet, saepe saepius in foro canonico sermo fit vel de nubentium incapacitate constituendi, perficiendi atque ducendi bonum coniugum vel de exclusionem ipsius: enim qui voluntate aut incapacitate iura, obligationes et officia, quae essentialiter pertinent ad consortium vitae coniugalis, non commutat vel coinmutare non valet, invalide contrahit.

6. - Non una tamen exstat sententia circa naturam vel qualificationem iuridicam talis boni, quod a doctrina Concilii Vaticani II descendit (Const. Gaudium et spes, n. 48), quandoquidem doctrina vel iurisprudentia eiusmodi consortium totius vitae considerat vel illam premit communitatem vitae et amoris vel intimam vitae communionem, quae consistit in duarum personarum sincera donatione acceptioneque, quaeque intelligi debet utpote ius ad communionem ipsam; «tantummodo ita eadem haberi potest utpote elementum in substantiali obiecto foederis nuptialis. Ubi quapropter sermo est de relatione interpersonalis, quidem coniugali et stabili, eatenus asseritur eam esse connubio essentiali, quatenus ipsa significat ius ad vitae communionem» (coram Pompedda, decisio diei 11 aprilis 1988, *ibid.*, vol. LXXX, pag. 199, n. 3), quamvis agnoscendum «quaestionem implexam fieri ubi conamen adest determinandi elementa essentialia, quae constituunt ius ad communionem vitae, adeo ut si unum vel aliud desit matrimonii nullitas sequatur» (*ibid.*, pag. 200, n. 5).

Qui hanc conclusionem tenet: «Nostra quidem sententia aliquomodo quaestio converti ita debet, ut bonum coniugum [...] intelligatur et efficiatur per ius (et relativam obligationem) ad vitae communionem; istam quidem intellectam in sua latiore significatione,

idealiter inspiratam ad amorem coniugalem super quo diu institit Concilium Vaticanum II, et iuridice expressam per iura obligationes ad peculiarem seu specificam agendi rationem, ex ipsa connubii natura essentialiter requisitam et sufficientem, in relationibus interpersonalibus coniugibus propriis et iuridice momentum habentibus» (*ibid.*, pag. 202, n. 9).

7. - Cuique patet ad validum contrahendum matrimonium, praeter absentiam impedimentorum, sufficientem usum rationis, discretionem iudicii, libertatem internam atque capacitatem assumendi essentialia onera coniugalia, requiri quoque rectam intentionem voluntatemque acceptandi atque admit-tendi obligationes matrimonii essentielles, inter quas, quaedam «in tribus traditionalibus coniugii bonis continentur, sicut obligatio servandi fidelitatem seu exclusivitatem (bonum fidei) ac perpetuitatem seu indissolubilitatem consortii matrimonialis (bonum sacramenti) necnon obligationem acceptandi procreationem ex altero coniuge, per copulam modo naturali perfectam prolemque natam educandi (bonum prolis), quaedam autem habentur, quae ad bonum coniugum, ad quod sua natura ordinatur foedus coniugale (can. 1055 §1), spectant» (coram Stankiewicz, decisio diei 23 iulii 1988, *R.R.Dec.*, vol. LXXX, pag. 417, n. 5; cf. *Id.*, decisio diei 20 aprilis 1989, *R.R.Dec.*, vol. LXXXI, pag. 282, n. 5).

Qui in decisione novissime citata addit: «Sed obligationes matrimoniales bono coniugum inhaerentes eae tantum essentielles haberi possunt, quae ad instaurandam ac perpetuam sustinendam communionem coniugalem per mutuam integrationem psycho-sexualem substantialiter conferunt» (*ibid.*, pag. 283, n. 5).

8. - Uti edicatur in una coram Pinto, diei 30 maii 1986, «bonum coniugum complectitur obligationes illas sine quibus est saltem moraliter impossibilis intima personarum atque operam coniunctio, qua coniuges adiutorium et servitium mutuo sibi praestant, et ad quam coniugium ex natura sua ordinatur (cf. Const. Gaudium et spes, n. 48). Hac personarum operumque integratione graviter deficiente, impossibilis fit vitae communio seu consortio vitae coniugalis in quo matrimonium essentialiter consistit (cf. can. 1055 §1)» (n. 3, inedita).

«Quare coniugalis communio, congrue animadvertit decisio coram Stankiewicz, diei 20 aprilis 1989, quamvis essentialibus elementis trium matrimonii bonorum distinguatur, id est unitate, indissolubilitate et apertione ad transmissionem novae vitae humanae, in suo tamen nucleo substantiali iuribus et officiis constituitur, quae ad ipsam communionem coniugalis vitae et amoris spectant» (*R.R.Dec.*, vol. LXXXI, pag. 283, n. 6).

Haec sunt enim iura-obligationes ad peculiarem seu specificam coniugum agendi rationem, quae, consistunt in ius ad intimam personarum atque operum coniunctionem, qua se invicem coniuges perficiunt vel in ius ad relationem interpersonalem specificam coniugalem vel in ius ad consortis agendi modum quo coniux suum complementum psychosexuale veri coniugis peculiare obtinere possit (cf. coram Defilippi, decisio diei 27 iulii 1994, *R.R.Dec.*, vol. LXXXVI, pag. 417, n. 10).

9. - Hinc, videndum est praeprimis quid sit “ordinatio” in se spectata, ac dein de elementis probationis. Et in primis de ipsa essentia sacri foederis est quod nupturiens velit quid ordinatum ad bonum, non

ad malum: quodsi velit ordinare ad malum quod suapte natura est ordinatum ad bonum, tunc simulat et ordinationem ad bonum coniugum excludit eamque excludens essentiam foederis coniugalis corrumpit. Patet distinguendum est “esse a melius esse”, cum ordinatio ad bonum coniugum “esse” tantum tangat. Atqui, sicut internus animi consensus manifestari potest verbis vel signis (can. 1101 §1), ita et ordinatio ad bonum coniugum verbis vel signis aequipollentibus excludi potest quia «Expressi tacitique vim eandem ac potestatem est» (Pothier., Tit. De R.J. nota ad Num. 46), et proinde, cum sat difficile sit concipere “melius esse” inde ab initio contrarium “esse” ad quod “melius” suapte natura tendere debet, nulla superveniente causa abalienationis animorum coniugum ex qua finis consortii coniugalis sequatur, ita abalienatus et inde ab initio immutatus perseverans modus sese gerendi unius coniugis erga alterum, aequipollenter probationem constituit pro admittenda, salva hypothesis incapacitatis, exclusionem naturalis ordinationis consortii ad bonum coniugum.

10. - Ita adnotant Auctores sub adspectu negativo vel positivo quandoquidem sermonem instituunt de bono coniugum.

«Trattasi – scribit R. Bertolino – della piena realizzazione intra- e interpersonale, realizzata nella reciproca dedizione, voluta nella donazione d’amore, che fa il bene dell’altro (oltre che il proprio), nella comunione delle persone e comunanza di attività, orientata, nel mutuo aiuto, al perfezionamento personale e, specialmente, alla santificazione e quasi consacrazione dei coniugi, nel ministero ecclesiale della famiglia» («Gli elementi costitutivi del “bonum coniugum”», *Monitor Ecclesiasticus* 120 [1995] 583).

«Il vincolo coniugale, come principio unitivo per il quale un uomo e una donna sono *una caro*, configura uno specifico modo di amare e di vivere, che si esprime in una intima comunità di vita, in un peculiare destino in comune. Gli atti, le condotte e le prestazioni personali dei coniugi dirette ad instaurare, conservare, sviluppare e restaurare questa intima convivenza, consorzio o unità di destino nella vita e nell'amore umano, sono un diritto e dovere reciproci che sorge dal vincolo che li unisce ed è espressione del suo dinamismo. Si tratta del diritto-dovere che riceve il suo contenuto dal fine del bene dei coniugi. Mentre l'oggetto del diritto-dovere all'atto coniugale apporta all'unione personale dei coniugi la comunicazione propria della natura corporea sessuata; l'oggetto del diritto-dovere alla comunità di vita apporta, da parte sua, all'unione sessuale corporea la comunicazione propria della natura personale dei coniugi» (PJ.VILADRICH, *Il consenso matrimoniale*, 2001, 370).

«Chi vuole il matrimonio, ma vuole soltanto strumentalizzare la persona del coniuge al fine esclusivo di godersene i beni e la dote, per se non esclude o non può escludere gli altri beni, ma certamente non fa nascere una relazione interpersonale, duale-paritaria ordinata al comune bene del perfezionamento di sé nella qualità di coniugi: il *bonum coniugum* non si realizza nella sua globalità se avulso dagli altri beni, perché è l'istituzione matrimoniale in se stessa che fin dalla creazione è innanzi tutto ordinata al bene dei coniugi: un bene che preesiste agli altri e che gode di una autonomia sua propria, nonostante ogni sua connessione, morale e giuridica, con gli altri beni» (S. VILLEGIANTE, «Il “*bonum coniugum*” e l'oggetto del consenso matrimoniale in

Diritto Canonico», *Monitor Ecclesiasticus* 120 [1995] 307).

11. - Hisce in casibus vel quando sermo fit de bono coniugum dum incapacitas ad illud assequendum verificatur ob causas naturae psychicae, eiusdem exclusio evenit per recusatum ius ad vitae communionem et utraque comprobanda est validis argumentis iuxta criteria generatim adhibita pro incapacitate psychica necnon simulatione, et praepriis, in altero casu, oportet adsit positivus voluntatis actus, qui habetur cum nupturientis volitio directa est contra postulationem tum humanam tum christianam crescendi continenter in communione ad uberiorem usque unitatem corporum, cordium, mentium et voluntatum.

Heic insuper cum agatur de obiectivis et intrinsicis finibus matrimonii non requiritur explicita intentio illa admittendi vel agnoscendi neque sequitur intentionem voluntatemque consequendi per matrimonium alios fines extrinsecos eo ipso destruere vel exhinanire matrimonii naturalem ordinationem.

«Cum finis operis sit finis obiectivus et intrinsicus, ad quem obtinendum natura sua matrimonium ordinatur, non requiritur ut nubentes expresse illum intendant: ad validum constituendum matrimonium sufficit ut ipsum positiva voluntate non excludatur.

Finem operantis concurrere et convenire posse cum fine operis evidentissimum est. Non semper autem iidem conveniunt cum finis operantis omnino extraneus esse possit fini operis, ut v.g. cum quis per nuptias contrahendas sibi proponit divitias acquirere, nobiliare titulum consequi, pacem inter familias restituere, bonam famam servare, aerumnuosae conditioni subvenire, paternam desere domum, etc.

Nedum diversus sed et fini operis contrarius quandoque esse potest finis operantis cum contrahens primario et per se intendere finem possit, qui fini operis, i.e. instituto matrimonii adversetur et opponatur.

Qui mere diversum fini operis finem consequendum sibi proponit consensum non vitiat, ideoque matrimonium irritum non reddit, nisi simul positiva intentione finem operis absolute excludat. Legitimi sunt enim fines operantis diversi a fine operis dummodo huic non adversentur.

Qui nedum diversum, sed et contrarium ac naturali et essentiali ordinationi matrimonii adversum finem primario ac praevaletenti intentione consequendum sibi proponit, matrimonium irritum reddit. “Etenim finis operis – legitur in una coram Lefebvre – nequit excludi fine operantis quin corruat eo ipso contractus essentia, siquidem contrahentis voluntas non intendit omnino finem operis, sed tantummodo finem operantis, primum implicite excludens” (coram Lefebvre, decisio diei 12 martii 1960, *R.R.Dec.*, vol. LII, pag. 171, n. 2)» (coram Funghini, decisio diei 14 octobris 1992, *R.R.Dec.*, vol. LXXXIV, pag. 454, n. 7).

IN FACTO

12. - Duplici negativa decisione dimisso nullitatis capite ob simulationem totalem ex parte mulieris conventae, pertractandum manet, hac seu in tertia instantia, de exclusione boni coniugum ex parte ipsius conventae, circa quod, uti ex actis constat, permagnum contrappositum inter partes ab exordio hodieusque exstat: partes enim e diametro distant

tum in enarrandis circumstantiis praenuptialibus tum in vindicanda intentione voluntateque quibus canonicas nuptias statuerunt atque contraxerunt.

Contrappositum exstat quoque inter prolatas decisiones vel quia existimatio actoris theseos iudicialis facta atque accepta ab appellata sententia valde distat ab illa recognita a prima sententia votis actoris favente. Vel, e contra, appellata sententia firmiter denegat actoris thesin festinanter admissam a prima sententia, quae, in iure, ita animadvertit in ambitu probationis: «Per quello dunque che insegna il Concilio Vaticano II e per l'ordinamento canonico del matrimonio chiaramente stabilito nel CIC (can. 1055 §1) e fuori dubbio che anche il "bonum coniugum", come la fedeltà, l'unità, l'indissolubilità e la procreazione ed educazione della prole, fa parte dell'essenza del matrimonio. Escludere pertanto il "bonum coniugum" con un "atto positivo di volontà" significherebbe contrarre un matrimonio privo di un suo elemento essenziale ed equivarrebbe ad una "simulazione parziale" di consenso, come negli altri casi analoghi (esclusione dell'indissolubilità, dell'unità, della prole, della fedeltà)».

13. - Quae, in facto, ob anteactam vitam mulieris, tenet conventam, inde a primo coniugio usque ad quartam relationem quam cum actore instauravit atque matrimonio firmavit, sese praeberere «protesa prevalentemente alla ricerca di una tranquilla e comoda posizione economica che le avesse consentito di proseguire egoisticamente a godersi la vita e a divertirsi non in famiglia ma nella società esterna, senza essere minimamente disposta a sacrificare alle responsabilità familiari le sue irrinunciabili abitudini di svago e di divertimento».

Super hanc praemissam vel praesumptionem instat sententia primi gradus hancque aequat cum causa simulandi vel rata mulierem contraxisse «un matrimonio che, a suo giudizio, soprattutto le consentiva di proseguire nelle sue irrinunciabili abitudini di vita in ordine allo svago e ai suoi divertimenti; contrasse in buona sostanza un matrimonio di interesse, anche se, a suo dire, sentiva anche amore per Valentino Barberini».

Esto conventam, uti animadvertit praelaudata sententia, celebrasse nuptias ob interesse seu ad assequendam “una certa vita tranquilla”, non eo ipso sequitur ipsam denegasse bonum coniugum seu non agnovisse viro ius ad constituendam consortionem coniugalem.

14. - Verum, si actorem audiamus, conventa «vedeva nel matrimonio il raggiungimento di uno “status sociale di rispettabilità”, che, considerate le sue precedenti relazioni, anche con uomini sposati, non aveva mai potuto avere» quique addit: «Gabriella, secondo me, concepiva il matrimonio religioso esclusivamente come un mezzo per riacquistare rispettabilità e onore agli occhi della gente e soprattutto dei suoi familiari. Dico queste cose perché Gabriella si preoccupò esclusivamente dei preparativi della festa e di far vedere a tutti i suoi parenti le foto del matrimonio».

Hac suasionem ductus instat vir asserens ineundum matrimonium ritu religioso pro muliere significasse «una patente per riacquistare la sua rispettabilità di fronte ai parenti e alla società» quique pro suaso sibi insuper habet «che Gabriella sposandosi con me non accettava il bene della coppia, perché continuava a tenere un atteggiamento egoistico ed un comporta-

mento mirato al soddisfacimento dei propri interessi materiali».

15. - Hanc ob agendi vel sentiendi praesumptam rationem has ducit actor conclusiones:

«a) Gabriella ha escluso dal suo consenso il bene dei coniugi per egoismo e perché non accettava di condividere il mio passato e intendeva soprattutto sistemarsi economicamente;

b) durante la convivenza prematrimoniale Gabriella non si è mai preoccupata dell'andamento della casa ed io dovevo espletare tutte le funzioni della sua gestione: lei pensava unicamente ad uscire con le sue amiche, ad andare a ballare spesso;

c) le sue colleghe di ufficio mi hanno riferito che Gabriella affermava sempre che appena avesse trovato un compagno da sposare, avrebbe smesso di lavorare perché non sopportava più il suo lavoro e non accettava di essere limitata nella sua libertà».

Nuptiarum celebratio statuta in diem 1 januarii 1993 suspensa est ob lites inter partes exhortas, at hisce compositis denuo partes statuerunt nuptias contrahere in mensem januarium 1994, at iterum difficultates exstiterunt.

Paucis, iuxta actorem, conventa nuptias, in facie Ecclesiae exegit celebravitque «per sistemarsi economicamente e per motivi di facciata [...] per il raggiungimento [...] di una rispettabilità che il matrimonio civile non avrebbe garantito».

16. - Conventa autem omnino contradicit suasiones vel conclusiones ab actore ductas, quaeque claris verbis refert: «io non avevo alcun interesse a legarmi affettivamente ad una persona più adulta di me»

additque: «Io sposando Valentino accettavo di costruire una famiglia per realizzare il bene di tutti e due. Io volevo una comunione di vita con Valentino ed anche al livello materiale intendevo condividere con lui tutto ciò che riguardava i mezzi necessari per costruire una vita comune».

Non denegat mulier inter partes, ante initas nuptias vel volvente praenuptiali relatione, exstittis lites difficultatesque, sive quandoquidem ipsamet cognovit «che Valentino era ancora regolarmente sposato con due figli, di cui una sposata», sive postea «perché Valentino oltre la sua affettuosità aveva dimostrato un carattere diverso con delle fisime particolari che rasentavano la pedanteria», sive quando partes sibi prospexerunt matrimonii celebrationem «per gennaio '93».

Hisce exstantibus difficultatibus vel iurgiis non mulier sed vir semper institit tum pro reassumenda relatione tum pro ineundis nuptiis, primum ope conventae sororis, «il quale la pregò di intervenire con me per risolvere la sua solitudine ed il suo bisogno di affetto. Promise che avrebbe fatto di tutto per cercare di controllare il suo carattere e riuscire a formare con me una vera famiglia», dein directe quandoquidem in medio mensis octobris anno 1993 «lui si rifece vivo e, piangendo, mi chiese perdono e decidemmo di sposarci il 1 gennaio '94, prima che scadessero i documenti...».

At lites inter partes perstiterunt, quin immo, uti infra patebit subsequatae sunt post initas nuptias.

17. - Ob lites enim inter partes exstantes R.D. Robertus D'Amico sponsis suasit ne ad nuptiarum celebrationem devenirent, sed tantum matrimonium civile perficerent.

Attamen, partes praetulerunt, quin immo conventa exegit nuptias ritu canonico celebrare.

Et iterum instat mulier se matrimonium accep-
tasse ac celebrasse iuxta Ecclesiae legem: «Io credevo nelle istituzioni ecclesiastiche e il matrimonio religioso, per me, era una cosa importante al punto che lo stesso salva le persone che lo ricevono come sacramento. Il matrimonio religioso, per me, era l'elemento importante per completare l'unione di due persone. Voglio precisare che, quando Don Roberto ci consigliò il matrimonio civile, io volli il matrimonio religioso perché volevo rimanere unita a Valentino per tutta la vita».

18. - Verumtamen, initis nuptiis, sive ob partium indolum disparilitatem sive oeconomicas ob rationes adfuerunt inter coniuges difficultates litesque, at hoc super argumentum discrepant vir et mulier.

Si fidem actori concedimus, uxor nedum a mense 1994 «ha cominciato ad essere litigiosa perché lei è voluta andare in pensione con soli 25 anni di contributi, nonostante io l'avessi sconsigliata, anche perché sussisteva un contenzioso con l'ex marito, che non passava l'assegno di mantenimento per il figlio...», sed «non si sentiva moglie per il fatto che io mi rifiutavo di cointestarle un appartamento di mia proprietà sito in Rapallo. Per questo motivo non facevamo altro che litigare e lei era spesso violenta e manesca nei miei confronti scagliandomi contro ciò che si trovava per mano. Gabriella continuò ininterrottamente a chiedermi l' intestazione della casa e vedendomi irremovibile mi cacciò di casa».

Si conventam audiamus, concedit mulier inter coniuges lites exstitisse at ipsamet tenet has superve-

nisse ob viri diffidentiam in ducenda vita familiari «perché Valentino non riteneva giusto che io gestissi il suo denaro per spese alimentari. Io cominciai a rammaricarmi per la mancanza di fiducia nei miei confronti e mi sentivo un'estranea».

Heic concinunt partes seu quandoquidem referunt lites spectantes ad mutuam transcriptionem proprietatis viri.

Non denegat mulier se apud virum institisse «a mantenere la promessa prima del matrimonio di cointestarmi una monocalera di circa 30 mq. di sua proprietà a Rapallo...».

Concedunt quoque partes ruinam matrimonii supervenisse has ob oeconomicas causas, actore fatente «dovuta al fatto dell'appartamento che rifiutavo di cointestarle...».

«Valentino – refert mulier – continuava a persistere nella sua decisione di non cointestarmi il suo monocalale e persisteva a controllarmi in tutte le spese, nella conduzione domestica ed insisteva che mio figlio Pietro sarebbe dovuto andare a vivere con il padre a Padova».

Nullum igitur exstat dubium quin matrimonii naufragium tribuendum sit causis ordinis oeconomici, et videtur infrascriptis mulierem in nuptiis statuendis vel celebrandis ad oeconomica beneficia tantum vel praevalenter spectasse ideoque animum non attendisse ad constituendam cum actore sanam consortionem coniugalem, videlicet viro non agnovisse eiusmodi ius.

Eiusmodi indicia vel talem coniecturam e postnuptialibus partium condicionibus ducit vir, et dicendum re mulierem ante ineundum matrimonium positiva voluntate spectasse tantum ad oeconomica commoda, denegato viro iure ad coniugale consortium totius vitae.

Dissentiones enim semper constanterque exstiterunt ob appetentiam mulieris bonorum materialium.

19. - Iam notas circumstantias, quae ad matrimonii celebrationem partes duxerant, redintegrat vir in altero vadimimonio, quique ita concludit: «Da quello che ho detto già si evince subito che il rapporto prenuziale tra me e la Monti fu caratterizzato da forti tensioni e contrasti per i motivi più vari che poi sfociarono nella insistente richiesta da parte di Gabriella di avere intestato da me il monolocale di Rapallo».

Ita tenet vir conventam acceptasse fictae et simulate matrimonii onera, quatenus praeprimis «mirava ad avere una tranquillità economica, che sembrava l'elemento prevalente» quique explicitis verbis addit: «Gabriella si è sposata non per promuovere il bene dei coniugi e per costituire un nucleo familiare ben saldo fondato sull'amore e sulla reciproca comprensione. Si è sposata con intento ben preciso: avere una posizione economica abbastanza tranquilla da consentirle di andare tre volte la settimana a ballare e per mettere le sue mani sui miei cespiti, quelli da me posseduti già da molto prima del matrimonio.» – «Per quanto concerne i cespiti da me posseduti insisteva perché io le intestassi almeno il monolocale di Rapallo».

Ex actis constat idque semper mulierem exegisse ante et post nuptias ideoque dicendum illam nuptias cum viro celebrasse tantum vel praevalenter intuitu oeconomici beneficii.

Confirmat enim denuo conventa difficultates quae inter partes adfuerunt tum perdurante praenuptiali relatione tum volvente coniugali consortione, haud exclusis quaestionibus oeconomicis, quamvis

teneat se neque cogitasse neque positive exclusisse coniugum bonum seu illud «bene reciproco in tutte le sue manifestazioni, dimostrando sempre affetto, massima tolleranza anche nei momenti di forte tensione» additque: «Nel mio impegno nuziale ho cercato sempre di integrare la personalità del mio coniuge, riconoscendogli tutti i diritti ed aprendomi alle esigenze che egli andava manifestando per una reciproca e completa integrazione coniugale».

Fides tamen viro non mulieri concedenda esse videtur vel quia contra mulieris asseverationes exstant facta.

20. - Ob lites enim exstantes volvente praenuptiali partium conviventia vel ob illas quae supervenerunt immediate ante matrimonii celebrationem primum statutam in diem 1 januarii 1993, R.D. Robertus D'Amico, cui actor confisus est secreta cordis, viro tunc seu mense decembre 1992 «sconsigliò un matrimonio religioso».

«Purtroppo – addit vir – non gli diedi retta anche se lo stesso mi sconsigliò nuovamente di sposarmi addirittura in un colloquio che ebbi con lui a pochissimi giorni dal mio matrimonio».

Bis igitur, iuxta actorem, praefatus sacerdos dissuaserit partibus nuptiarum celebrationem, quamvis nunc diversimode referat, quatenus asserens se conventam cognovisse «sei mesi prima delle loro nozze» addensque se eiusmodi consilia viro praestitisse tantum mense decembri 1993: «una lite in particolare c'è stata una settimana circa prima del matrimonio e ricordo che Valentino mi raccontò che dopo uno scontro acceso in cui Gabriella usò le mani contro di lui, lei lo abbandonò alle 23 di notte lungo la strada del porto e di lì torno a piedi a casa.

Questo Valentino me lo raccontò il giorno dopo, era stanco, sfiduciato, scioccato e piangente ed io lo invitai a rinviare il matrimonio con una scusa, per prendere tempo e riflettere sul passo da compiere nonostante che tutto era pronto. Il giorno seguente Valentino tornò insieme a Gabriella felice e raggiante convinto del matrimonio. [...] Io rimasi fortemente meravigliato del cambiamento repentino avvenuto in poche ore in Valentino che rimasi senza parole ma nonostante ciò chiesi alla coppia se avevano serie intenzioni di sposarsi, entrambi mi risposero che volevano sposarsi».

Utique agnoscit testis matrimonii celebrationem statutam fuisse «circa sei mesi prima della data definitiva», at suam admirationem ostendit mense decembri 1993 «dato per certo che il loro silenzio era stato per me diniego verso quel matrimonio».

21. - Utcumque, vel praetermisso tempore in quo praefatus sacerdos partibus suaserit ne advenirent ad nuptias, ipsemet in altera occasione cogitavit «che Gabriella accettasse il bene dei coniugi» addititque: «Non ho avuto nessun motivo per dubitarne» – «Gabriella sembrava che volesse bene a Valentino».

At ex officio rogatus utrum mulier habuerit «secondi fini a sposare Valentino» ait: «Apparentemente non mi risultava prima del matrimonio, ma dopo i primi tempi di esso, Valentino mi venne a dire che Gabriella era molto interessata ai suoi beni e in particolare all'appartamento di Rapallo che voleva fosse intestato a lei».

«Fu Gabriella – refert testis – a porre fine al matrimonio cacciando di casa Valentino perché voleva a tutti i costi che questi le intestasse l'appartamento di Rapallo» quique addit: «La Monti gettò

via dalla macchina il Barberini, dopo averlo violentemente aggredito nel pieno della notte in un luogo malfamato. Si spiega tutto questo, e me lo rendeva noto lo stesso Barberini il giorno dopo, per il fatto che questi non gli voleva intestare l'appartamento di Rapallo di sua proprietà. La Monti scaltramente glielo aveva messo come condizione *sine qua non* per passare a nozze, che non sarebbero state celebrate senza una formale promessa da parte di lui».

22. - Etsi diversimode refert actor quoad omis-sam celebrationem matrimonii mense januario anno 1993, difficultates inter partes pependerunt semper a constanti petitione mulieris habendi domum: «La prima data del matrimonio fu fissata da Gabriella nonostante io volessi attendere, perché mia moglie era morta da poco. La seconda data fu stabilita perché considerammo che i documenti sarebbero scaduti a gennaio '94 e perciò decidemmo di sposarci prima di questa scadenza», qui ita addit: «La data del matrimonio fissata per il 1 gennaio 1993 saltò per i motivi già detti (nempe ob recentem obitum actoris uxoris) ed anche perché una settimana prima, avemmo una lite furiosa della quale approfittai per fuggire da lei».

Tunc separatio non supervenit domus causa vel omissae transcriptionis domus gratia sed alias ob rationes: «Infatti – confitetur actor – ero consapevole del fatto che lei non era la donna adatta per me, ma c'era qualcosa, al di sopra della mia volontà, che mi costringeva a tornare da lei e per questo motivo volli partire ed andare da un amico a Napoli, per stare il più lontano possibile da Gabriella», qui addit: «Quando io tornai a Genova ebbi occasione di rincontrarla e lei mi trattò con affabilità e comin-

ciammo a frequentarci di nuovo. Stabilimmo di sposarci entro gennaio '94, ma nel frattempo ci furono altri litigi sempre per i soliti motivi, uno dei quali era il futuro del figlio: il padre vero avrebbe voluto che il figlio seguisse la sua professione di commercialista nello studio di Padova e Gabriella faceva di tutto per mettere il figlio contro il padre, cosa che io disapprovavo e le faceva comodo interpretarlo come un'intromissione nella sua vita personale, perché, secondo me, Gabriella non voleva che il figlio si allontanasse da lei per non rinunciare al sussidio che il padre le mandava per il figlio».

Uti vidimus, actor refert semper difficultates post nuptias exstitisse et coniugalem conviventiam finem habuisse ob recusatam ab ipso inscriptionem domus in favorem uxoris: «Il matrimonio è finito nel '96 in seguito ad un'ennesima lite, dovuta al fatto dell'appartamento che rifiutavo di cointestare».

Quaestio de inscribenda domo exurgit perdurante coniugali conviventia ob promissionem mulieri ante nuptias factam, uti logica adhibita ratione agnoscit actor, idque tamen mulier semper prae corde habuit: «Da quello che ho detto già si evince subito che il rapporto prenuziale tra me e la Monti fu caratterizzato da forti tensioni e contrasti per i motivi più vari che poi sfociarono nella insistente richiesta di Gabriella di avere intestato da me il monolocale di Rapallo».

Revera mulier domus inscriptionem uti conditionem, sine qua non, ab amasio exegit antea, exindeque ob omissam inscriptionem iurgia cum legitimo viro habuit.

23. - Si ad testes oculos vertimus, conventae soror Francisca confirmat anteactam vitam conven-

tae aliis cum viris, at tenet partes ob amorem nexuisse relationem additque: «Gabriella accettava gli elementi essenziali e le proprietà del matrimonio religioso ed anche Valentino li accettava, nonostante non tralasciasse gli incontri occasionali con altre donne, specie dopo i litigi».

Non latuerunt tamen testem iurgia inter coniuges exhorta ob agendi modum actoris: «Gabriella ha molto cuore, ha creduto nell'amore e aveva delle esplosioni di rabbia; durante la convivenza sembrava che andassero d'accordo, ma, ogni tanto, c'era qualche dissidio e Valentino quando litigava con Gabriella prendeva le sue cose e se ne andava. Spesso i litigi erano causati da problemi economici, perché Gabriella aveva a carico il figlio, Pietro, e Valentino non sopportava questa situazione».

Iuxta testem tamen difficultates non pependerunt a conventa sed tribuendae sunt actori, qui «controllava tutto quello che faceva mia sorella [...] non riusciva a lasciare il minimo spazio di libertà a Gabriella al punto da controllare la sua spesa, i soldi che portava con sé, le persone che incontrava [...] non sopportava la presenza del figlio in casa e ciò provocava dispiacere e reazione da parte di mia sorella che era attaccatissima al figlio».

Secundum testem non mulier percupiit exquirere pensionem sed vir uxorem impulit «ad andare in pensione, anche se giovane...».

24. - Testis Diana Togni, quae actorem cognovit ope conventae, «prima che si sposassero», scit praecedentem mulieris vitam quousque conventa relationem nexuit cum actore.

Partium relationem continuis quidem litibus signatam habet testis qui tamen tenet dissensiones

praenuptiales non spectasse ad quaestiones oeconomicas sed ad agendi modum mulieris, quae «voleva andare tutte le sere a ballare, mentre Valentino non se la sentiva e a Valentino piaceva la vela che Gabriella non gradiva molto».

Pro suaso sibi habet testis conventam nuptias celebrasse non ob amorem, «ma solo per interesse»: idque tamen testis deducit tantum e circumstantia postnuptiali vel quia «Gabriella, dopo due anni di matrimonio, chiese a Valentino che gli intestasse la casa a Rapallo, ma Valentino non volle in quanto preferiva lasciarla ai suoi due figli, visto che la moglie avrebbe preso, alla sua morte, la sua parte di pensione che le sarebbe stata più che sufficiente per vivere».

Hac circumstantia innixa vel ex hac postnuptiali condicione testis opinatur conventam non acceptasse germanam communionem cum viro: «Posso dire che questo fatto è stato espressivo per capire il comportamento di Gabriella tendente ad un mero interesse economico e non ad un sentimento di affetto che provava nei confronti di Valentino, anche perché nel loro rapporto vi erano frequenti litigi. Dai fatti e dal comportamento tenuto da Gabriella traspariva il fatto che lei non volesse il bene della coppia».

25. - Testis Alessandro Noce, qui conventam cognovit ob suam familiaritatem cum actore, videtur ignorare circumstantiam occursus inter partes: «Se non sbaglio – ait – si sono conosciuti alle poste dove lavoravano».

Tantummodo e relatis ab actore vel ab amicis cogitatione finxit testis «che Gabriella avesse una vita sentimentale piuttosto movimentata».

Si testem dubia anxietatesque ex parte actoris non latuerunt hae existiterint non ob agendi ratio-

nem mulieris sed ob confligentem interiorem conditionem viri «in quanto durante un rapporto emotivo così coinvolgente Valentino si sentiva in conflitto con se stesso perché non sapeva se prendere o lasciare il suo rapporto con Gabriella anche perché si trovava in crisi, sia a livello morale che psicologico, in quanto vedeva la sua famiglia finita, il suo matrimonio giunto a termine e ha trovato in questo nuovo rapporto la voglia di essere coinvolto e di lasciarsene trasportare».

Utrumque refert testis praenuptialem partium relationem non fuisse serenam tranquillamque oeconomicas ob causas additque quod «Gabriella non considerava il matrimonio per i suoi fini essenziali, ma solo come una propria realizzazione e sistemazione personale».

Rogatus utrum conventa «accettava il bene dei coniugi e cioè il diritto a ciò che costituisce essenzialmente la comunione di vita», hanc deductionem manifestat: «Penso di no, lo desumo da tutto il comportamento di Gabriella».

26. - A relatis praefatorum testium non distat testis Bianca Remossi quae refert partium praenuptialem relationem processisse inter lites, «perché Gabriella era sempre aggressiva di carattere, capricciosa, immatura, egoista e volgare», additque se opinari conventam non acceptasse «gli elementi essenziali e le proprietà del matrimonio religioso», non ob positivam exclusionem sed ob quamdam vel vagam inhabilitatem.

«Secondo me – opinatur – Gabriella sposando Valentino non cercava di costruire il bene dei coniugi ma tentava di realizzare i suoi interessi egoistici, d'altronde lei non era in grado di capire l'im-

portanza di una costruzione di una famiglia basata sul bene reciproco perché lei non riusciva a comprendere che il suo bene, come aveva fatto precedentemente con gli altri mariti e conviventi».

27. - Iure videretur animadvertere Vinculi Defensor deputatus quod dum «quaedam quaestiones de tempore sive praematrimoniali sive postmatrimoniali, praesertim circa res oeconomicas, inter partes discordes exstant», argumentum testificale super meram opinionem testium consisteret neque valeret aliqualem confessionem extraiudicalem conventae pro simulatione firmare.

At ex actis et probatis incusationes ad invicem inter partes eminent sive ante sive post matrimonii celebrationem necnon discordiae oeconomico sub adspectu serpent omnesque exsistiterunt quoniam mulier plane oblita iuris ad communionem vitae cum actore semper cupida sese ostendit viri bonorum, uti ceteram fecerat non una vice aliis cum viris.

Princeps argumentum exstitit in instantiis mulieris ad obtinendam, volvente coniugali conviventia, inscriptionem parvae domus.

Utique agebatur de parvo bono, uti adnotat appellata sententia, sed si mulier iurgio contendit cum actore usque ad separationem oeconomicas ob rationes parvi ponderis dicendum non ad bonum coniugum sed ad oeconomica bona spectasse, praesertim si prae oculis habeatur illam provenisse ex incertis ambiguisque unionibus pluribus cum hominibus.

28. - Quibus omnibus in iure et in facto mature perpensis, Nos infrascripti Patres Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae

oculis habentes, Christi Nomine invocato, declaramus ac definitive sententiamus, proposito dubio respondentes:

**AFFIRMATIVE,
SEU CONSTARE DE MATRIMONII NULLITATE,
in casu, ex capite exclusionis boni coniugum
ex parte conventae.**

Ita pronuntiamus, mandantes locorum Ordinariis et Tribunalium Administris, ad quos spectat, ut hanc Nostram definitivam sententiam notificent omnibus, quorum intersit, ad omnes iuris effectus.

Romae, in sede Tribunalis Rotae Romanae, die 13 maii 2004.

Aegidius TURNATURI, Ponens
Mauritius MONIER
PiusVitus PINTO